

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 57 [heute: Oxford, Bodleian Library, MS Lyell 89]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 119.

Cod. LVII:

119.

Codicis huius scripturae. Gerardus Cremonensis (concl. 52).

Cod. LVII. dext.

membran. Fol. min. fac. 15.

119.

Azarchelis
 Canones in Ta-
 bulas Toletas.
 n. ad.

Azarchelis, seu ut cod. nosler scribit, Azarchelis
 Canones in Tabulas Toletanas. Titulus est: "In-
 "cipiunt Canones sive regule Super Tabulas ad
 "Astronomicas". Initium hoc: "Quoniam cujusque
 "ad communis quantitatem temporis metitur
 "spacium". Canones, figuris mathematicis, ad
 notis marginalibus instructi, folia occupant
 27. ubi in calce additur: "Expliciunt Canones
 "Azarchelis Super Tabulas astronomicas constitu-
 "tas ad meridiem civitatis Toleti". Reliqua folia
 implent tabulae. Harum quoque tabularum Au-
 thorem esse Azarchelem, ait Georg. Joach. Schoti-
 cus proferat. ad Ephemerides suas, cui suffraga-
 tur cod. Ms. Universitatis Cantabrig. qui
 titulum proferat: Canones de motibus coele-
 stium corporum, vel Canones Tabularum Azar-
 chelis, qui dicuntur Tabulae Toletanae.

Azarchelem arabice scripsisse, vix dubitari potest,
 sed quis opus in latinum traduxerit, ita non
 liquet. Fortassis Gerardus Cremonensis, nam
 Heibroner codicem Ms. Universit. Cantabrig.
 adducit eum titulo: Canones Azarchelis in
 Tabulas Toletanas a Magistro Gerardo Cremo-
 nensi ordinati.

Azarchel, dictus etiam Abraham Elyara Keel,

120.

Cod. LVIII.

Hispanus Toletanus, floruit saeculi XI et XII.
 Ejus labores in Astronomia laudat Martinus
 Hortensius; et Aben Ezra, 79. annis Argachele
 posterior, in libro, cui titulus: Finium Sapien-
tiae scribit, neminem illo saeculo comparandum
 fuisse cum Argachele in observandis caeli moti-
 bus. Vid. Anton. Bill. Hisp. T. 2. p. 240. G.
 Vossium. T. 3. de Mathesi, c. 36. §. 13.
 Heilbronner, Hist. Mathes. p. 437. §. 437. item
 pag. 628. 630. 642.

Cod. LVIII.

Membran. Fol. min. 502. 15.

1.
428.

Diogenis
 Laertii Libri
 X. de vitis
 Philosopho-
 rum.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis, Dog-
 matibus et Aphorismatibus clarorum Phi-
 losophorum, ab Ambrosio Florentino e graeco in
 Latinum traducti. Codex noster eleganter quidem
 scriptus, sed prioribus octo foliis destitutus
 incipit a verbis. Sum Sex alios nominat,
 quorum ex numero tres eligit. Unde patet,
 esse prooemium, et vita Thaletis maximam
 partem. Versionem quod attinet, eam Pontuli
 cum editione Diog. Laertii, Amstelod. apud H.
 Westphalum 1692. T. quo continet Latinam
 Ambrosii versionem, sed completam et emenda-
 tam a Marco Maibomio. Conveniunt in plu-
 rimis etiam ad verba; Soepe vero inter se

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 57 [heute: Oxford, Bodleian Library, MS Lyell 89]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27402